FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Vbi senato uel claris. ciui. uel crimi. conueniantur. Rub.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

propria authoritate. & ad iudicem illius loci vbi reperitur, duci.
qui hoc reperto ſibi reſtituet. hoc dicit. & hoc quando nõ negat
ſe alteri obnoxiatum: ſed ſi negaret debet remitti ad iudicem lo-
ci vnde aufugit. vt l. j. ſ. tit. j. Et no. iſtam l. contra monachos fu-
1 gitiuos. † q vbicunq; reperiantur, poſsint capi propria authorita
te per abbatem: & duci ad epiſcopum loci. qui hoc cõperto ſta-
tim ſibi reſtituet. Sed ſi dicat ſe non eſſe monachum eius. remitti
debet ad iudicem abbatis. & hoc quia tales fugitiui non priuant il
lum à quo fugiunt poſſeſsione. aliàs em̃ ſecus eſſet. quia propria
authoritate non poſſent ſibi ius dicere. vt voluit gl. hic. & dixi in
2 l. j. ſ. ti. j. † Et ita dicendũ eſſet in vxore alicuius fugiente ab eod.
Bal. tene mẽti. & debes ſcire q antiquitus aliqui parũ induſtrio-
ſi & non habentes artẽ vñ viuerẽt, dedicabant ſe alicui curiæ
alicuius ciuitatis: vel iudicũ. et faciebãt ſe balios, vel executores,
vel ſcriptores vt ex illis lucris viuerẽt: & ꝓmittebãt ꝑpetuã obe
dientiam, & operam. & iſti largo vocabulo dicebantur milites
non armatæ militiæ: ſicut alicui qui ſe offerunt alicui monaſte-
3 rio. non tamen faciunt profeſsionem. qui vocantur oblati: [a] &
ſtant ibi ad expenſas monaſterij. & faciunt hortos per paſſar lo
tempo. vel. coquinam.

1 *Contra officiales de quibus hic. & in caſibus hic poſitis. poteſt ferri ſententia diffi-
nitiua lite non conteſtata.*

3 *Quando camerarius alicuius communitatis in fine officij tradidit libros ſuos rationum
illis qui erant deputati ad reuidendum: licet poſtea ſe abſente, poſſunt dicti reuiſores
ſine alio proceſſu ipſum condemnare diffinitiuè.*

LEX. II.

1 HAc perpetua. † Si ſecularis cõueniatur pro
pter ſtatum, vel propter exa-
ctionem, vel concuſsionem indebitè factam, conueni
tur omni exceptione fori ceſſante: præter quã armatę
militiæ & bñficij principis: ſed ſi cõuenit propter publicas fun-
ctiones, ceſſat oĩs exceptio. & ordinarius non recuſatur. h. d. Iac.
bu. Et de prima parte ſummarij loquitur vſq; ibi. [Super publi-
cis.] poſtea de ſecũda parte. In prima ergo parte conueniebatur
à curia vt rediret ad offm̃ ad q erat obligatus. q officium de fa-
cto detractabat, & nolebat exercere: non tñ aufugerat à loco:
vt differat à lege præcedenti. vel conueniebatur ab aliquo pri-
uato pro exactione illicitè facta ab eo: vel pro concuſsione &
violentia illata. Certè poterit conueniri coram ordinario: nõ ob-
ſtante aliquo priuilegio q haberet, vt ſub certo iudice tm̃ debe-
ret cõueniri. nam debet intelligi priuilegiũ qñ ex alijs cauſis cõ-
uenitur: non rõne delicti in officio commiſsi. In ſecũda parte cõ
ueniebatur à fiſco, vel à procuratore fiſcali pro publicis functio
nibus vel debitis exactis partium, & non redditis fiſco, vel ca-
meræ fiſcali: & tunc non prodeſt militia armata ſed duntaxat
2 ſpeciale priuilegium principis. † Vltimò in fi. gl. colligit notabi-
le ſecundũ quoſdã q contra tales officiales in caſibus ꝑdictis,
poſsit ferri ſententia diffinitiua lite nõ conteſtata. tñ gl. hoc non
tenet. Gul. de cu. tenet per. l. j. §. pe. j. de aſſer. tol. vbi contra illũ q
petit in ſeruitutem, põt dari ſententia lite nõ cõteſt. fortius in il-
lo qui petitur vt veniat ad deſeruiendũ officio quæ nõ eſt ita ꝑ-
iudicialis. cũ illa nõ multũ facit. quia ibi promiſerat ſiſtere in iu-
dicio. & nõ ſiſtebat hic nõ. Item mouetur Gul. quia contra tales
officiales iura ſeuerius loquuntur cũ conſueuerunt omnia mala
operari & ſcire: & multa denegant eis, quę alijs non denegãtur:
vt j. de pœnis l. ne diu. vbi videt̃ caſus. & de iure fiſ. l. defenſiõis
facultas. in fi. li. x: cũ ibi no. Itẽ per auth. de man. prin. §. coges. &
idem tenet Bal. & eſt caſus ſpãlis vt contra tales officiales in ca-
ſibus quibus loquitur illa l. poſſet ꝓcedi ad diffinitiuã li. non
3 conteſt. † Adde aliũ caſum quem ponit. Bar. in l. j. §. j. ff. de admi-
niſtratione rerum ad ciui pertinentiũ. qñ camerarius alicuius communita-
tis in fine officij tradidiſſet libros ſuos rõnum illis qui erant de-
putati ad reuidendum. Nam licet poſtea ſe abſentet, poſſunt di-
cti reuiſores ſine alio proceſſu condemnare illum diffinitiuè.
Quod perpetuò tene menti. & vide omnino quod ibi ipſe not.
Non ſunt alia.

Vbi ſenato uel clariſ. ciui. uel crimi. cõueniãtur. Rub.

1 *Dignitatum quot ſunt ſpecies?*

1 † Super rubrica. not. ad euidentiam iſtius tit. quod ſunt tres
b ordinariæ dignitates [b] ſ. clariſsimi: ſpectabiles, & illuſtres: vt in
auth. de non alienã. §. pen. Aliæ ſunt extraordinariæ: vt militia. j.
qui militare nõ poſſunt. l. pe. & fin. Itẽ ſuꝑ- a
illuſtres. quia nõ eſt dignitas de per ſe: ſed
eſt quædam adiectio dignitatis ſecundùm
Gul. de cu. licet gl. dicat quod ſit dignitas.
vt in auth. vt ab illuſtribus. & qui ſuper eã
digni. ſunt. §. j. Gul. verò in d. auth, dicit qđ b
tres ſunt ſpecies dignitatum. nam eſt digni
tas maxima: vt ſuperilluſtris. & iſta eſt in
Papa. & in imperatore: & olim erat in con-
ſulibus, & in patricijs. Item magna, & iſta
eſt illuſtris. vt in præfecto orientis: quædã
mediocris. & iſta dicitur ſpectabilis. quæ
eſt ſupra clariſsimam: & iſta erat in proconſulibus: quædam eſt
parua & iſta dicebatur clariſsima. quæ eſt infra ſpectabilem. &
iſta erat in præſidibus prouinciarum. vt in l. illicitas. §. qui vni-
uerſas. ff. de offi. præſi. quædam erat minima. & carebat nomine
dignitatis: & iſta eſt in magiſtratibus municipalibus. & defenſo
ribus ciuitatum. Nam ſunt dignitates, quia ſunt officia cum ad-
miniſtratione. & non habebant aliquod de prędictis nominibus
de his no. * gl. in §. cunq;. in proœ. inſti. quæ ponit quatuor ordi
nes dignitatum. & * in Spe. de iuriſ. om. iu. poſt prin. per vnam
columnam: vbi omnino vide pro declaratione iſtius titu. Decla
ratur ergo in iſto titul. coram quibus iudicibus tales conſtituti
in iſtis dignitatibus poſsint conueniri tam in ciuilibus quàm in
criminalibus. Et prima. l. loquitur in ſpectalibus & clariſsimis,
non illuſtribus: & loquitur in cauſa criminali. l. quoties loquitur
in illuſtribus. & ſimiliter in cauſa criminali. qui ſunt magis pri-
uilegiati: vt non poſsint accuſari, nec conueniri criminaliter: niſi
coram principe, vel delegato à principe. ſi ſunt illuſtres ratione
dignitatis quam exercuerint. ſed ſi ex priuilegio, vt contingit in
iſtis quos Imperator facit comites per bullam, vel dant aliam di
gnitatem: iſti tales non gaudent tali priuilegio per omnia l. autẽ
ij. loquitur quando conuenitur in cauſa ciuili. & loquitur etiam
in illuſtribus: vt ſunt ſenatores.

a *Qui vocãt̃ oblati. Qui dicãt̃ oblati, vi de Abb. in c. nõ eſt d regula Abb. in c. cũ dilectus. de ſucce. ab inteſt. & in cle. j. de deci. l. a. alle. cxxix.*

b *Dignitates Adde Bal. in c. cũ acceſsiſſent. de cõſti. in. iiij. col. ver. & not. q de iure ciuili. & in rub. de ma. & obedien. in prin.*

2 *Crimen quod committitur culpa, & non dolo, ita poteſt puniri criminaliter pœna applicanda fiſco: & ſic pecuniaria. ſicut quando committitur dolo. non tamen punitur corporaliter propter culpam.*

3 *Quid ſi ſtatutum dicat ut homicida decapitetur, an habeat locum in eo qui per culpam ſine dolo interfecit hominem.*

4 *Quis dicatur de prehenſus, & quid ſi ſtatutum dicat quod deprehenſus cum armis puniatur tali pœna, an locum habeat ſi ille non fuit captus?*

5 *Forenſis committens aliquod maleficium in alieno territorio, an debeat puniri ſecundùm formam ſtatutorum illius territorij: quòd ſic.*

6 *Reatus & crimen excludit omnem honorem. Intellige poſtquàm eſt probatum.*

LEX. I.

1 QVicunque. † Cõſtituti in dignitate. ſ. illu-
ſtres, nõ habẽt priuilegiũ fori
in cã criminali: ſed poſſunt cõueniri & condẽnari
ſub quocũq; iudice ordinario cõpetẽti. h. d. Si aũt
2 ſint in dignitate illuſtri. dic. vt j. eo. l. quoties. † In
tex. ibi. [vel ĩ aliqua culpa.] No. q crimẽ q cõmittit̃ culpa & nõ
dolo, ita põt puniri criminaliter pœna applicãda fiſco. & ſic pe-
cuniaria: ſicut qñ cõmittit̃ dolo: nõ tñ punit̃ corporalr̃ ꝓpter cul
pã: ſed ſolũ ꝑpter dolũ vt l. lex cornelia. ff. ad l. cornel. de ſica. cũ
ibi. no. & adde. l. Reſpiciẽdũ. §. delinquũt, cũ ibi no. per Bar. ff. de
pœnis & Gãdinus in ſuo opere maleficio. plenè tractat de hoc
3 qñ cõmittit̃ crimẽ nõ dolo ſed culpa. & hoc de iure cõi. † Quid
ex forma ſtatuti ſi ſtatutũ dicat q homicida decapitet̃, & aliqs
ꝑ culpã ſine dolo interfecit hoĩem: aſſeſſores ignorãtes cõſueue
rũt dicere q nõ debemus diſtinguere inter dolũ & culpã: ſed ſta
tur ſimplr̃ verbis ſtatuti. qa nõ inſpicit̃ al's: ſed factũ. vt l. diuus.
ff. ad l. cor. de ſica. Bal. notabiliter tenet cõtrariũ in l. data opera j.
q accuſare nõ poſ. al's ſequeret̃ q de homicidio caſuali deberet
qs decapitari. q eſt cõtra omnẽ ęquitatẽ. & ita pluries cõſului: et
à morte aliquos defendi. Tene mẽti. Nã qdã noctis tpe potiꝰ ex
laſciuia quã dolo ꝓiecit lapidẽ, & quẽdã pcuſsit in capite, q mor
tuus erat: cõſului q deberet puniri mitius. ſ. pecuniariter: vel ſibi
4 dari bãnũ ꝓut iudici viſum fuerit. † In tex. ibi. [deprehẽſus.] qdã
intelligebat. ſ. captus in flagrãti crĩe: ſecus ſi nõ eſſet captus, licet
crimẽ ꝓbaret̃. gl. reprehẽdit. nã deprehẽſus dr̃ ille cõtra quẽ cri-
mẽ eſt ꝓbatũ. licet nõ fuerit ꝑ familiã deprehẽſus, vel captus. &
hoc vult gl. ſuꝑ illo verbo. & vide q no. Bar. j. de peti. bo. ſubla. l.
j. li. x. et q no. j. de cuſto. reo l. ſi qs in ea culpa. Et eſt argu. ſi ſtatu

a ¶Maiorem partem. Adde Io.cald. ī repe. c.j.in vj. q. de rapto.
b ¶Cynus. Adde Frā. de are. ī c. ꝙ clericis. col.ij.de fo.compe.et do.Mari.ſozi.in c.li-cet.q.vj.ver.j. eo.tit. quos vide Frā. Cur.
c ¶A papa. Adde ꝗs ſit ꝓferendus: an do-ctoratus à Papa, vel Imperatore, an à col legio. dic ꝙ à Papa vel Imperatore, ſe-cundū Lud.ro. in l.ſi verò.in §. de viro. in lix.ſall.ff.ſo.mat.per tex.ī l.ij.ff.de al. ſeri. & per Abb. in c. per tuas.de ma.& obed. idē tenet Mar.de lau. in trac. de digni.in §. xv. ſed vltra Lu. ro. Abbatē & Mar. vbi ſ.allego.gl.in l. reſti tuendæ.C. de aduoc. di.iudicū. & gl. in c. dn̄s noſter.xciij. diſ. & in c. Ep̄os. & ibi doc.xvij.diſ. Limita dicta iura qn̄ eſt do-ctoratus à Papa vel Imperatore in rigore examinis:et hāc opi. tur Mart. de ſenis. in c.qualiter & qn̄.el ij. in ij.no.de accuſa.& idē tenet Barb. ī pœ. clemētinarum. in ij. col.& ibi dicit Barb. ꝙ prerogatiuæ datæ per regulas cācella-riæ doctoribus, non cōpetunt doctorellis imperij. & ibi dicit hoc fuiſſe deciſum in curia Roma. tem-pore Eugenij quarti.

tum dicat ꝙ deprehēſus cū armis puniaẗ ta
li pœna:& probaẗ ꝙ aliquis portauit arma
non tn̄ fuit captus cū armis à familia,an de
bet puniri pœna ſtatuti?& facit tex.cū glo.
ꝙ ſic.in contrariū l.ſi Barſatorā.j.de fideiu.
& no.per Bar.in l.j.circa prin.ff. de acquir.
poſ.Breuiter ſi ſtatutū diceret ꝙ ſi deprehē
ſus portaret arma &c.poſſet ꝓcedere qđ ſ.
dixi:ſed ſi dicat deprehēſus cum armis de-
bet intelligi.ſ.ꝑ familiā.& idē fortius ſi hoc
diceret expreſsè:& tunc ꝓcederet qđ ſcđo
5 loco dixi.† In tex.ibi.[publicis legibus ſub
iungetur.]iſte text.facit ꝙ forēſis cōmittēs
aliquod maleficiū in alieno territorio, non
debet puniri ſecūdū formā ſtatutorū illius
territorij ꝗ fortè imponant maiorē pœnam
quā ius cōe: ſed ſcđm ius cōe.qa illa ſtatu-
ta nō dicunẗ publicę leges reſpectu totius
imperij:ſed priuatæ leges illius populi,Do
ctores tn̄ cōiter tenēt cōtrariū: ſiue puniaẗ
in illo loco vbi deliquit, ſiue in loco domi-
cilij,vel originis:vbi pōt cognoſci de crimi
ne etiam alibi cōmiſſo:ſaltē per viā accuſa-
tionis:licet alij teneāt ꝙ etiā per viā inquiſi
tionis:ꝗ quæſtio fuit diſputata per Cyn. &
eam refert Bar.in l.cunctos populos, circa
fi.de ſum.tri.Nam licet quantū ad modum
procedendi debeat attendi ſtatutū vel cō-
cōſuetudo loci, vbi de crimine cognoſciẗ:
quantū tn̄ ad imponendū pœnā debet attē
di ſtatutū loci vbi delictū eſt cōmiſſum: qa
hoc decreuit deciſionē cauſę nō ordinē:dic
de hoc vt in l.cūctos populos. nā & illa ſta
tuta dicunẗ.ll.publicę reſpectu illius popu
li & tale crimen ibi cōmiſſum ſubijciẗ quó
ad pœnā illius ſtatuti quibus videtur delin
quens ſe ſubijcere delinquēdo.arg.l. ſi duo
6 de acqui.hęre.† In tex.ibi:[omnem enim.]
No.iſtum finē qui ſemper allegatur ꝙ rea-
tus & crimē excludit omnem honorem: qđ eſt verum poſtquā
eſt probatum:ſed antequam ſit probatū licet ſit accuſatus vel in
quiſitus, habetur reſpectus ad honorem & dignitatem.vt j. eo.l.
quoties.ante medium ibi ne quas ante probationes iniurias pa-
tiatur &c.Non ſunt alia.

1 ☞ Vbi dicatur quis habere domiciliū & quomodo in tribus locis ſortiatur quis forū.

LEX II.

1 SEnatores. † Senatores, vel conſtituti in dignita-
te illuſtri, in cauſis ciuilibus poſſunt
cōueniri corā ordinarijs, tam Romæ coram ſuis magi
ſtratibus, quā in prouincijs vbi ſortiuntur domicilium
vel aſsiduè cōuerſanẗ.h.d. non habent ergo priuilegium fori de
iure cōi in cauſis ciuilibus. Tu dic niſi ſint ad ſeruitiū principis:
2 vt familiares, vt cubicularij, & ſimiles.& tūc dic vt j.ti.ꝓxi.† In
tex.ibi.[larem fouent.]i.domicilium & ꝙ j. ſubijcit. [aut maio-
rem &c.]innuit ꝙ nō dicatur habere domicilium vbi habet ma
a iorem partem [a] fortunarū quia alternatiua ponitur inter diuerſa
ſicut & copulatiua.vt l.ſi is qui ducenta.in prin.ff.de re.du. con
trariū tn̄ cōiter dicimus, & ad illū tex.rn̄deo.quia domiciliū pōt
quis habere & ſi nō haberet ibi maiorē partē fortunarū, ſi cōſtat
de intentione ſua ꝙ ibi ſe tranſtulit ad habitandū cū ſua familia.
& cū intentione ibi perpetuò ſtādi:qđ etiā ex pluribus cōiectu
ris poteſt cōprehēdi & etiā dicitur habere domiciliū vbi habet
maiorē partē fortunarum:quia poteſt habere in diuerſis locis.vt
in l.aſſumptio.ff.ad muni.& iſte text.ſemper allegaẗ ꝙ in tribus
locis ſortiẗ quis forū.et maximè in eo qđ vltimò dicitur de loco
vbi aſsiduè conuerſatur.i.maiori parte anni.arg.in l.prædia.§.fi.
de fund.inſtru.vt ſunt mercatores florentini qui diſcurrunt per
mundum & ibi habent fundi cū vel tabulam quę dicunt pergu
lam, vel armarium nam poſſunt ibi cōueniri ratione contractus
alibi celebrati:ſicut in loco originis, vel domicilij licet non ha-
beant domicilium quia nec maiorem partem fortunarū nec ap-
paret ꝙ ſe tranſtulerunt illuc animo perpetuò ſtandi dicit tamē

b Cy.[b] ꝙ iſtud eſt verum ſi ſteterit per decennium non aliter. Sed
Inno.& Canoniſtæ videntur de hoc non curare. vt not. per eos
in c.ex parte.de foro compe.& in c.dilectus filius.de reſcript.&
iſtam partem tenet Barto.ſed Barto.videtur tenere dictum Cy.
hic,& in l.j.& ij.§.vbi de cri.agi.opor. Credo ſtandum eſſe arbi-
trio iudicis nam non ſtatim ꝙ ibi recipit apothecam poteſt dici
ipſum continuè conuerſare:ſed requiritur lapſus aliquorum an
norum:prout iudici videbitur.Et per prædicta patet an ſchola-
ris in loco ſtudij poſsit conueniri pro contractibus proprijs, vel
patris, cui ſucceſsit, ratione aſsiduæ conuerſationis & Gul.tenet
hic ꝙ ſic.Ray.cōtra.& Io.an.in c. quod clericis de foro compe.
etiam ſi ſtetiſſet per decennium quia ſemper habet animum re-
cedendi & ſic aliud in ſcholari: aliud in iſtis mercatoribus: qui
ſtant animo lucrādi:vt ſicut inde recipiunt lucra:& ita ſubijcian
tur huic oneri iuriſditionis.& iſtud placet:vt dixi in l.j.vbi de cri
mi.agi oportet.

2 ☞ Ille qui fuit ſenator, uel pater eius certo tempore: ſi poſtea finitur officium, adhuc remanet in dignitate illuſtri, & gaudet priuilegio.ut hic.
3 Quid in eo qui nūquam habuit officium: tamen princeps concedit ſibi dignitatem, ac ſi habuiſſet?
4 Princeps delegat cauſam meri imperij, ſed alius inferior ſecus: niſi poſtquàm effecta eſt ſemel delegabilis.
5 Illi qui habent dignitatem ex priuilegio, non ſunt ita digni, ſicut illi qui habent ratione officij, uel adminiſtrationis.
Illi qui faciunt ſe doctorari à Papa, uel Imperatore ſine examine: an ſint ita digni ſicut illi qui tranſeunt per uiam ordinariam?
6 Nobilitas prouenit à principe.

LEX III.

1 QVoties. † Viri obtinentes dignitatem illuſtrem
ratione adminiſtrationis præhabitæ in
cauſis criminalibus arduis, in quibus non admittitur
procurator ſolū corā principe, vel cui princeps com-
ſerit, poſſunt accuſari à quo comiſſario poſſunt abſolui: ſed non
condēnari principe inconſulto:& eorū aduerſarij poſſunt de ca
lūnia cōdemnari niſi habeāt ſimilē dignitatē hoc primò vſq; ad
ver.[viuos autem.]Qui verò ſunt illuſtres ex priuilegio, non ex
præcedēti adminiſtratione poſſunt ſub quibuſdā iudicibus hic
nominatis in vrbe,& in prouincijs, apud eorū capitaneos accu-
ſari qui poterunt eos abſoluere:ſed non cōdemnare principe in-
conſulto hoc ſecundo vſq; in fi. l. eſt ergo differentia inter illos
qui habent dignitatem ratione officij publici, cum adminiſtra-
2 tione iam habiti.Nam ille qui † fuit ſenator, vel pater eius cer
tēpore, ſi poſtea finitur officium, adhuc remanet in dignitate il
luſtri,& gaudet priuilegio huius l.reſpectu iudicū, quòd in cri
minali non poſſunt conueniri coram ordinarijs: ſed coram prin
cipe tantū:vel eius cōmiſſario. Itē quia nō poſſunt à commiſſa
rio condemnari principe inconſulto. Item & tertiò cū cauſa agi
tatur, non tenentur in carceribus: ſed ſedent vna cum iudice in
3 aliquo tamen loco inferiori,& non tantum eminenti ſed ſi † ali
quis nunquā habuit officium, princeps tn̄ concedit ſibi digni
tem ac ſi habuiſſet.vt patet in iſtis qui efficiūtur comites ab Im
peratore:& nunquā habuerunt comitatum, vel milites: & nun
quàm exercuerunt perſonā ſuam pro republica in factis armo
rum iſti tales non ſunt priuilegiati reſpectu iudicum, quia poſ
ſunt trahi corā ordinarijs de quibus hic tamen ſortiūtur priuile
gium in alio:quia nō condemnātur principe inconſulto. Sed an
debeant ſedere cū iudicibus? diſtingue aut conueniuntur in vr
be romana, vel in conſtantinopolitana vbi ſunt magni iudices
& non debent cum illis ſedere vt ibi.dum dicit. [ita vt huiuſmo
di viri &c.]aut in prouincijs. vbi non ſunt ita magni iudices &
tunc ſecus.vt in verſic.[quoties autem viri illuſtres.]& per hoc
4 patet tex.declaratus.Et no.hic † ꝙ princeps delegat cauſam me
ri imperij:vt patet ibi cum dicit.[noſtra ſerenitas huiuſmodi ne
gotij &c.]ſed alius inferior ſecus.vt in l.j.in princ.ff.de offi. eius
cui man.eſt iur.poſtquā autem princeps ſemel delegauit, vide
tur effecta delegabilis, in alios etiam per inferiorem à principe,
iuxta not.per Doc.in l.j.§.qui pro ſua iuriſ.& l.pater.§.fundum.
5 ff.de leg.iij.vbi Bar.tangit.† Item not.ex iſta parte quòd illi qui
habent dignitatem ex priuilegio, non ſunt ita digni. ſicut illi qui
habent ratione officij, vel adminiſtrationis. & eſt arg. ꝙ illi qui
c faciunt ſe doctorari à Papa, [c] vel Imperatore ex priuilegio ſine
examine, vt frequenter contingit non ſunt ita reputati digni do
cto.ſicut illi qui tranſeunt per viam ordinariam, in contrarium
faci

facit.l.cum ratione.ff.de execu.tut.† Item no.ꝙ nobilitas proue
nit à principe.hoc declara vt plenè per Barto.in l.j. infra de di
gni.lib.xj.quam repetij.

In quib.cauſis militan. fori præſcri.uti nõ poſſunt. Rub.

1 Familiares cardinalium,coram quo iudice conueniantur?

LEX. VNICA.

1 OMnes.† In iſto tit.tractatur de his qui mili tant in curia principis.i. habẽt offm̃ circa perſonam principis.exemplum in familiaribus Pape vt ſunt capellani,cantores,ſcutiferi, & ſimiles:& cubicularij.nam quouſq; ſunt ad ta le officium.habẽt certa priuilegia.maximè circa iudices.vt nõ trahanť corã ordinarijs:ſed corã quibuſdã ſpecialibus iudicibus.& hoc erat in familiaribus quibuſdã Imperatoris.qui hic nominantur.Si aũt erat de licentia principis verſanť circa alia,vt ſi negotiantur:tũc ſi cõueniunť rõne adminiſtrationis non gaudent illo priuilegio:ſed ſi non ſunt in curia,ſed in patria propria circa propria negotia:nam ibi non gaudebũt priuilegijs.ſed cõuenientur corã ordinarijs,niſi habeãt cõmeatũ à principe vſq; ad certum tp̃s,puta quod poſsint ſtare per vnum menſem, vel duos, & poſtea redeunt ad curiam.nam tunc etiam in prouincijs gaudebunt priuilegijs.h.d.iſta lex. & ſic nõ loquitur de militibus armatæ militiæ.ſed de officialibus publicis qui dicuntur militare,vel etiam armatæ militiæ,qñ de licentia principis obtinẽt poſſe negotiari,aliàs nõ poſſent.vt j.negotiatores ne militẽ.l.j.nã licet aliàs nõ poſsint niſi ſub magiſtro militũ cõueniri vt ſ.de iur.om.iu.l.magiſterię.rõne negotiatiõis pñt tñ corã iudice ordinario cõueniri.vñ facit ad q.ſecũdũ Gul.ꝙ Abbas, vel prior exemptus ab ep̃o ſi ſit in ſtudio: & ibi tanq; ſcholaris emit,& vendidit,poſsit cõueniri corã ep̃o.vel alio ordinario.facit c.volententes.de priui.li.vj.& dixi in l.fi.ſ. de iuriſ.om.iu. &
1 ſic videtur † de familiaribus cardinalium,ibi dũ dicit.[ſiue domorum diuinarũ.]i.principis.] ſiue virorũ potentium.]i.exiſtẽtium ad latus principis quando cõueniuntur.ſiue pro priuatis delictis ſiue pro publicis functionibus concernentibus cameram principis,& conueniuntur à procuratore fiſcali.etiam, ſi ſint in curia.nõ gaudẽt priuilegio,quominus poſsint conueniri ibi coram quocunq; alio iudice ordinario, coram quo alij poſſent conueniri:vt ibi poſt prin.[pro functiõibus publicis &c.] In tex. [in ſũmò & in alijs priuatis actionibus.]i.actibus.quia non reſidentes in curia pro publicis officijs,ſed ſi occupãtur in prouincia pro priuatis Non ſunt alia.

Vbi cauſæ fiſ.uel diui.domus dominum que eius agantur. Rubrica.

1 Procurator fiſci,& procurator cæſaris,in quo differant?
2 Hæres qui adiuit,& necem defuncti non accuſauit,& cõuentus coram procuratore cæſaris ſi dicat ſe non fuiſſe negligentem.quia defunctus non fuit interfectus, ſed ſua morte mortuus,quod erit officium procuratoris cæſaris?
3 Occiſores non poſſunt accuſari,quia mortui,an poſsit auferri hæreditas ab hærede tanquam ab indigno,ſi non uindicauit necem defuncti?ut hic.
4 Hæres non adiuit hæreditatem,an poſsit accuſari de negligentia,ut perdat hæreditatem?ut hic & nu.1.
5 Occiſores ſunt accuſati & condemnati,infra quantum tempus poterit hæres poſtea conueniri coram procuratore cæſaris?
6 Lata ſententia contra occiſores per præſidem, poſsit procurator cæſaris procedere executiuè & auferre bona hæredis?
7 Statuto quòd pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio delinquente, & filius fuit cõdẽnatus de delicto,an poterit fieri executio cõtra patrẽ ſine nouo proceſſu?
8 Si quis uult petere reſtitutionem in integrum contra ſententiam.ex eo quòd dicat eam latam ex falſis inſtrumentis,uel teſtibus,an habeat primò neceſſe accuſare criminaliter coram iudice maleficiorum notarium de falſo,uel eum qui fuit uſus falſo inſtrumento,ut ſic conſtet de crimine?
9 Statuto quòd bona quæ non fuerint poſita in æſtimo infra tantum tempus, intelligantur eſſe publica,an prius requiratur accuſatio coram iudice maleficiorum,& petatur declarari ipſam incidiſſe in pœnam ſtatuti?
10 Sed ſi Titius moriatur ante factã declarationẽ,an iſta pœna trãſeat cõtra hęredẽ eius?

LEX. I.

1 NOn defenſæ.† Cauſa bonorũ auferẽdorũ alicui tanq; ab indigno ꝓpter inultã necẽ defuncti,debet agitari corã ꝓcuratore cęſaris priꝰ tñ expedita accuſatiõe criminali cõtra occiſores,& cõſtito de crimine corã p̃ſide.h.d.& reputatur bona lex.niſi occiſores ſint mortui, quod tunc nõ poſſunt amplius accuſari:& de hoc intelligo ꝙ fiet fides coram procuratore cæſaris,ꝙ hæres non debet adire hæreditatẽ quando defunctus fuit interfectus, niſi primò vindicauerit necem eius.ſ.accuſando occiſores:& faciendo eos puniri.aliâs priuatur hæreditate.& applicatur fiſco:vt j.dẽ his qui. vt indi.l.j.& l.minoribus ſi ergo adiuit,& necẽ nõ vindicauit, & aliquis vult ipſum accuſare de negligentia:& facere ſibi auferre hæreditatẽ: quæritur de tribus.Primo coram quo debebit hoc facere, & reſpondere coram procuratore cæſaris. qui eſt iudex inter fiſcum & priuatum:& procurator fiſci coram illo debet dare petitionẽ.
2 † Eſt enim diuerſus procurator fiſci à procuratore cæſaris, quia
procurator cæſaris adminiſtrat bona quæ habet cæſar,vt priua
ta perſona:vt ſunt molendina,& alij reditus.quæ conuertuntur
ad vſum principis.ideo dicitur procurator priuatæ rationis: ſed
procurator fiſcalis adminiſtrat bona fiſci,quæ conuertuntur ad
3 publicum vſum.Secundò quæritur† ſi dictus hæres conuentus
coram procuratore cæſaris dicit ſe non fuiſſe negligentem,quia
defunctus non fuit interfectus, ſed naturali morte mortuus.qđ
erit officiũ ꝓcuratoris cæſaris? certè ſuperſedebit in lite quouſq;
de crimine cõſtet in curia pręſidis:faciet ergo iſte ꝓcurator fiſca
lis per aliquẽ accuſari occiſores corã præſide:vel quod pręſes in
quirat cõtra illos,& eos condẽnet,quo facto poterit ꝓcedere in
cauſa.quia apparebit de negligẽtia. Tertiò pone ꝙ occiſores nõ
poſſunt accuſari:quia ſunt mortui:& ſic eſt crimen extinctũ:cer
tè tũc poterit procedi coram ꝓcuratore cęſaris in cauſa fiſcali:in
tellige ꝙ tũc oportebit incidenter fidem facere ꝙ defunctus fuit
interfectus à talibus.& hoc coram procuratore cæſaris: qui po
terit cognoſcere de hoc incidenter.licet principaliter non poſſet
cognoſcere de cauſa criminali. alias nõ appareret de negligẽtia.
4 † Quæro primò.quid ſi hæres adhuc non adiuit hæreditatẽ, an
poſsit accuſari de negligẽtia,vt perdat hæreditatẽ? Rñdeo ſic.ſi
ſibi fuiſſet aſsignatus terminus per iudicem vt accuſaret,& non
accuſauit:vt no.j.de his qui.vt indi.l.j.plus videtur velle ibi glo.
ꝙ etiã ſi nõ fuit aſsignatus.ſi tamẽ tranſiuit tantũ tẽpus quo po
tuit accuſare,& nõ fecit,idẽ ſit. Ex quibus videť ꝙ ſi nõ ſit aſsi
gnatus,nõ poſsit accuſari de negligẽtia:niſi hæreditatẽ adiuerit.
& ita poteſt intelligi.l.minoribus.j.qui. vt indi. quæ loquitur de
5 eo qui adiuit.† Secũdo quæritur. quid ſi occiſores ſunt accuſati
& condẽnati, infra quantũ tẽpus poterit hæres poſtea cõueniri
coram procuratore cæſaris? Reſpõdeo infra quinquẽniũ.& nõ
vltra: ſi erat extraneus: ſed ſi de deſcẽdẽtibus,ꝑpetuò:quia plus
delinquunt non vindicando mortẽ defuncti deſcendentes, quã
6 extranei:& ille eſt caſus in l.in cognitiõe.ff.ad ſille.† Tertiò quę
ritur an lata ſententia cõtra occiſores per præſidẽ: poſsit procu
rator cæſaris ꝓcedere executiuè & auferre bona hæredis: videť
ꝙ ſic:quia doc.dicunt ꝙ ſententia lata cõtra occiſores habet effe
ctum cõfiſcandorum bonorum contra hæredem. Contrariũ dic
ꝙ iſta poſſunt ſimul ſtare ꝙ defunctus fuit occiſus.& tamẽ hæ
non fuit negligens.quia ignorauit occiſores.& ſic non venit pu
niendus:expedit ergo ꝙ procedatur ordinariè: & detur libellus
per procuratorem fiſcalem.& illa erit cauſa ciuilis.non crimina
7 lis:& ſic erunt duo iudicia.† Et hoc facit ad quęſtionem ſtatuti.
dicentis ꝙ pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio de
linquente, ſi filius fuit condemnatus de delicto, an poterit fieri
executio contra patrem: an autem debeat fieri nouus proceſſus.
ita ꝙ primus ſibi non noceat? de hoc vide per Bar.pleniſsimè in
l.cum filius.de ver.obli.& per Bal. qui adhuc ſubtilius declarat
multa in d.qõ.in l.j.j.ne filius pro patre. vbi omnino vide. Vlti
8 mò per iſtum tex.in fi.dixit Iaco.de Are.† ꝙ ſi quis vult petere
reſtitutionem in integ.contra ſententiam, ex eo quod dicat eam
latam ex falſis inſtrumẽtis,vel teſtibus.iuxta.l.diuus.ff. de re iu.
& j.ſi ex fal.inſtru. per totum. neceſſe habet primò accuſare criminaliter coram iudice maleficiorum notarium de falſo,vel illũ qui fuit vſus falſo inſtrumẽto.vt ſic conſtet de crimine.Nec ob. ꝙ in electione agentis eſt poſſe incipere à cauſa ciuilis,vel à cauſa criminali:licet ambas ſimul non poſsit agitare.vt j.de fal.l. diuus.iuncta l.vnica quando ciuilis ac.cri.præiu.quia illud quando contra eundem competit ciuilis,& criminalis.non ſic qñ cõtra diuerſos. vt in caſu iſtius l.& in caſu ꝓpoſito. vbi criminalis cõpetit contra notariũ principaliter,& ciuilis cõtra reũ:& ita debet intelligi qđ no.in l.fi.j.de fide inſtr.in gl. quę incipit quæ in